



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

XXIII. De iuramento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

ANNO  
 CHRISTI  
 ...

XX.

Cum monachis non est dicendum, quorum malum est inauditum, qui vnitatem vero plebis non incongrue suscepimus.

XXI.

Vnusquisque fructum suum in ecclesia in qua imbutus est perfruatur, nisi causa maioris profectus adulteris ferre permiffa abbatis cogat. Si vero exierit causa vtilior, cum benedictione dicatur: *Ecce* Ioan. 1. *agnus Dei, non quod sua sunt singuli quærentes, sed quæ* 1. Cor. 10. *Iesu Christi: vocationis autem causam non permittunt subditos discurrere.*

XXII.

Post examinationem carceris fumenda est maxime autem in nocte Paschæ, in qua qui non communicat fidelis non est. Ideo breuia sunt & stricta apud eos spatia, ne anima fidelis intereat tanto tempore ieiuna medicinæ; Domino dicente: *Nisi* Ioan. 6. *manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.*

XXIII.

Non iurare omnino, de hoc consequentelectionis series docet non adiurandam esse creaturam aliam nisi creatorem, vt prophetis mos est: *Viuit* Jerem. 28. & 4. *Dominus, & viuit anima mea, & viuit Dominus cui assisto hodie.* Finis autem contradictionis est, nisi Domino. Omni enim quod amat homo hoc & iuratur.

XXIV.

Statuunt vt per quatuor sancta euangelia antequam communicet testatur quid probatur, & deinde sub iudice fama relinquatur.